quæ apud Gallos primum locum occupat, magna cum laude functum) *Familias Romanas, in antiquis numismatibus, ab Urbe condita, ad tempora D. Augusti, ex bibliotheca Fulvii Ursini, cum adjunctis Antonii Augustini, Episcopi Illeensis, restituit, recognovit, & auxit, Paris. a. 1663.* EJUS-DEM quoque est *Instruction à l' Histoire, par la connoissance des Medailles, cum Medicam regeret Facultatem, Paris. a. 1665.* IDEM & *Imperatorum Romanorum numismata, ex ære media & minimæ formæ, descripsit enarravitque, Argentina, a. 1671.* Quid Vir ille acutissimus in variis observârit itineribus suis, per plurima omnis fermè Europæ musea atque gazo-phylacia, abunde satis testantur *Quatre Relations Historiques, editæ simul Basileæ, a. 1673.* Quid? quod IDEM ille Suetonii Opera, quæ extant, notis & numismatibus illustravit, suisquesumtibus edidit, *ibid. a. 1675.* Super hæc, totus sum (inquit) in rebus Medicis, & pro nægē in Plinii panegyricos cui è nummis etiam clarissimum lumen se prælaturum scriperat, *Pata-vii 7. Dec. 1678.* Et post nonnulla sic pergit: *Opus immensum habeo ad manus, sex mille numismatibus refertum, historicis omnibus, rarissimis omnibus; opus certè, quod hactenus edita longè superat.* Editionem duo prohibere videntur, temporis inopia, & penuria. Dabit Deus utraque commoda. Interea autem contentissimi sumus Thesauro numismatum, sumtibus ipsius autoris a. 1672. edito. EIDEM varias debemus dissertationes de numisma te antiquo Augusti & Platonis, nec non Horatii Coclitis, per Optimum Imp. Trajanum restituti; item *Judicium Paridis, de tribus Deabus latum, in numismate Imp. Antonini Pii expressum; immò & Natalitia Jovis, in numismate Imp. Antonini Caracallæ expressa, intervallo temporis non nimis longo, Basileæ, a. 1675.* Patavii, a. 1678, 1679, & 1681. in publicam lucem emissas. IPSE & Italicè coactus fuit scribere, quæ tamen prius Gallicè compo-suerat, *Le pomposè feste di Vicenza, fatte nel mese di Giugno, del 1680, in Padova;* è quibus festivis deliciis eluent nummi aliquot præstan iores, Liveneji Reguli, Neronis, Trajani, Caracallæ, M. Aurelii, Commodi, Alex. Severi, Numeriani, Getæ, Philippi. Anno superiore Joh. Henr. Eggelingus, Secretarius Reip. Bremensis, JCtus, omnisque antiquitatis callentissimus, alternis vicibus epistolæ aliquot, inter se & Patinum, de renummaria, reciprocavit ediditque; in quibus ipse Medicus herbam illi porrigit, ubi de nummo quodam Neronis erudita lis est. Ingratus verò sim, nî ultrò fatear, per quem profecerim; cum enim de *Apollinarum nummo ambigerem, Patinus mihi statim hunc indicavit è libro*

libro, quem olim *Du Choul* vulgavit de Religione Romanorum, pag. 139. hæc insuper ad me perscribens: ΑΥΣΩΝ sit Bacchi iuriator, solvit enim curas; quod olim D. Paulus docuit Titum, ni fallor, ac me Parens meus. Sint Bacchantes in aversa parte, ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΔΩΡΟΝ.

ANT. PISO, sive POIS, Lotharingiæ Ducis Consiliarius & Medicus, utilissimum scripsit libellum, sed Gallicè: *Discours sur les Medalles & Graveures antiques, principalement Romaines, avec une exposition particulière de quelques blanches ou tables estans sur la fin de ce liure, esquelles sont monstrees diverses Medalles & Graveureuses antiques, rares & exquises.* Mamert. Patisson impressit Paris. a. 1579.

ALB. QVATROCCHVS, Medicus Venetus, accuratè disputavit in suo, de *Officina pharmaceutica veris & legitimis antiquorum ponderibus*; in hac ipsa enim disputatione pondera monetaria Veneta respondere iis, quibus aetate Galeni utebatur Antiquitas, ex Alciato, Budæo, Portio, aliisque comprobavit: Id ipsum scilicet *Vncia* (hodiè Zechinus Venetus) *Denarius*, *Semidenarius*, *Drachma*, *Semuncia*, *Stater*, *Obolus*, *Libra*, *Sextans*, *Quadrans*, *Triens*, *Quincunx*, *Selibra*, *Dodrans*, *As*, *Solidum*, *Mina*, *Lepton*, *Chalcos*, *Dichalcos*, &c. gravitate sua satis & abundè confirmant. *Venetiis*, à 1617. Nec sine causa Mars. Cagnatus, Doctor Medicus & Philosophus, de *Drachma*, *Triobolo*, *Talento*, occasione veterum poetarum Aristophanis ac Plauti, jocosam narrationem clarius recenset: Philocleon, inquit, senex ille apud Aristophanem Vespis, judicandi desiderio insanus, narrabat, se à Lysistrato (qui ipse etiam unus ex judicibus fuit) semel hunc in modum fuisse deceptum: Judicis merces quotidiana *Triobolus* erat; Lysistratus die quadam integrum accepereat *Drachmam*, cuius dimidium Philocleoni præbere debuisset. Veniunt illi in macellum; ibi inter pisces Lysistratus *quamam tres* cephalorum pro *Obolis tribus* collegæ tradit; ille cum propter matutinas tenebras non satis dispiceret, putavit se *Obolos* accepisse. Hinc non adeò vulgatum intelligitur, *Obolum* quoque fuisse nummum argenteum; sed tam exiguum, ut potuerit aliquis in tenebris pro *Obolo* *squamam* piscis recipere, splendore captus & figura; cum in utriusque magnitudine parum, aut nihil interesset. Ille quidem statim odore dolum intellexit, sed deceptor in deceptum culpam rejecit, quasi ipse dolum machinaretur, qui argentum devorasset, & *quamam* pro argento accepisse mentiretur: *Quamobrem* illum notavit, tanquam galli ventrem haberer,

beret, qui possit argentum concoquere. *Lib. IV. Var. Observ. cap. 6. Roma, a. 1587.*

THOM. REINESIVS, Med. D. & Poliater Altenburgensis, in *Epiſtolis suis ad Viros Clarissimos, D. Caſſ. Hofmannum, & Christoph. Adamum Rupertum, Professores Noricos*, ò quantum nummorum cum iſpis inſcriptionibus conciliavit, quos vix numero comprehendamus! *Lipsie, a. 1660.*

JO. RHODIVS, ab arte medicinali, variāque doctrina non me- diocriter inſtructus, Græcorum Sigma, ab utroque latere lunatum, ex argenteo Lysimachi, & æreo paucis noto, aliōque argenteo, spoliis Herculis nobilitato, cum cura ostendit, in *Difſert. de Acia, Patavii, a. 1639.* IDEM & Justi Lipsii de Re nummaria Breviarium, opus postu- mum, è Laur. Pignorii museo, tandem in conſpectum protulit, *Patavii, a. 1648.* Cæterum antiquo Romanorum nummo æreo, paucis adhuc viſo, atque uno & altero argenteo Scriboniorum titulo signatis, & Putealis Scriboniani ectypo, ad illuſtrandum autoris nomen, eru- ditè uſus est; nummique Cyrenaici, qui caulem Laſerpitii, à Joh. Par- kinſio in Appendix Theatri Botanici effigiatum exhibet, è pinaco- theca sua ſpeciem elegantiorem expreſſit in *Emendationibus & Notis ad Scribonii Largi Compoſitiones Medicas. Patavii, a. 1655.* EJVSDEM num- munum cum mitra Trojana, quæ Sereniffimi Ducis Veneti mitram pro- ximè refert; unācum Epiftola iſpius, in qua Atys imaginem è num- mo producit, *Ol. Wormius lib. V. Monum. Danic. abundè percelebravit.*

HELISCVS ROESLINVS, Med. D. Civitatisque Imperialis Ha- genau Physicus olim Ordinarius, in singulari ſuo libello, *de Alſatia, & verſus Lotharingiam Montium Wasgovienium mineralibus viſtualib[us]que cap. X.* trecenta commemorat numiſmata, ut plurimum ærea, à C. Jul. Caſare uſque ad Arcadium, in fundo putei reperta: Quam deſcriptio- nem patrio condidit ſtylo, emiſitque *Argentorati, a. 1593.*

JO. SAMBVCVS, Tirnaviensis Pannonius, Medicus Maximili- aно II. Imp. gratiſſimus, Jo. Groliero, Quæſtori Regio & Consiliario Lutetiae, antiqui operis numiſmata (quæ is adeò extollebat) æreis ma- ximè rariſ cumulata nuncupavit; ut vel ſummis Cardinalibus admi- rabiles Romæ, & per Italiam Principibus fuerint: Præfertim Otho æreus (quod ſciam, ait) in Europa unicus. Sub finem Emblematum aliquot, *Antverpiæ, a. 1576.*

LVD,

LVD. SAVOTIVS, Medicus Regius, & Facultatis saluberrimæ Parisiensis, Discursu in partes quatuor diviso, de nummorum veterum materia, pondere, valore, & ingenuis eorundemnotis, non minus eruditè, quam verè ac solidè scripsit. Integer libri illius Gallici titulus hic est: *Discours sur le Medailles antiques divisé en quatre parties; esquelles il est traité, si les Medailles antiques estoient monnoyes: de leur matière: de leur poids: de leur prix: de la valeur, qu' elles peuvent avoir aujourd' buy, selon qu' elles sont rares ou communes, antiques & vrayes, ou bien modernes, contrefaites ou moulées: Qu' elles sont celles, qui sont telles: Par quels moyens & marques il les faut reconnoistre: Et de plusieurs autres choses peu connues, concernant les monnoyes, les metaux, les mineraux, les mesures, & poids antiques.* Apud Sebast. Cramoisy, Parisiis, a. 1627.

PET. SERVIVS, Medicus Romanus, de rarissimis inscriptionibus, per omnem Italiam collectis, valdè sollicitus, exempla in lapidibus, nummis, & aneis tabulis inter se componere haud neglexit; in *Juvenilibus scilicet Feriis*, quæ antiquitatum Romanorum *Miscellanea* continent. Romæ, a. 1640.

M. AVR. SEVERINVS, Thurius Tarsiensis, Philosophus ac Medicus, in Reg. Lyceo Neapolitano Anat. & Chirurg. Professor quondam primarius, numismata Neronis, M. Acilii, Cl. Tiberii, Getae, Adiani, Vitellii, aliorum demonstravit in *Vipera Pythia, Patavii*, a. 1650.

JAC. SPONIVS, Medicinæ Doctor & Professor, Collegio Lugdunensi Aggregatus, Doctrinarum multiformium, variarumque memoriarum veterum columen, multimoda arte distinxit scripta sua: Illius enim est Scrutinium Antiquitatum Lugdunensium (*Recherche des Antiquités & Curiosités de la ville de Lyon*, a. 1673.) ubi plurimos exposuit nummos Didii Clodii Albini, Juliani Apostatae, Magnentii, Valentianii, Gratiani, Maximi, Ser. Galbae, cum tribus Galliis, aliósque: IDEM quot Græca expressit numismata Othonis, Heroinæ Naufiacaæ; quot insularum, quot fœderum? *Voyage d'Italie, de Dalmatie, de Grece, & de Levante, Tom. I. Amstelod.* a. 1679. sub finem. IDEM in *Miscellanis ac eruditæ antiquitatis, sive Supplementis Gruterianis* (quorum *selectiones duas*, a. 1679. & 1682. editas videre licuit) signa panthea, gemmas varias, nummum Antonini, quosdam Smyrnæ, L. Septimii Severi, Juliæ Augustæ, Jovis Cassii; nec non numismata aliquot tripodibus insignita, primus luci publicæ dedit. Acceptum denique Oraculo  
huic

huic responsum refero, quod verbis meis ab Amico eruditissimo interrogatus, de æreo illo nummo, quem supra commemoravi, accuratè respondit: *Bacchi illam effigiem esse, falsariumq; ΑΥΩΝ (ita enim legi putat) adscriptisse pro ΑΥΩΝ. Quem nummum Du Choul vulgasse, Car. Patinus primū mihi indicavit.*

THEOPHRASTI Paracelsi, *de summis Naturæ mysteriis Commentarios tres* Gerardus Dorn convertit, multoque quam anteà fideliter characterismis (hoc est sigillis, in medicorum forte nummorum censu habendis) exornavit auxīque, *Basil. a. 1584.* Socii verò putandi sunt, quos inter ars communicata est; quamobrèm asseclas illius esse censeo (binos Sacerdotes) *Camillum Leonardum, in Speculo Lapidum*, cui accessit *Sympathia septem Metallorum, ac septem selectorum Lapidum, ad Planetas*, *D. Petri Arlenis, de Scudalupis, Presbyteri Hierosolymitani, Paris. a. 1610.* nec non Joh. Gaffarellum, quem Doctores quidem Sorbonæ censura sua graviter notarunt, in *Curiositatibus inauditis (Curiositez inouyes sur la sculpture Talismanique des Persans, a. 1637.)* Hunc verò librum Latina induit veste, & commentariis suis postea illustravit *M. Georgius Michaël, Præpositus Regius Flensburgensis, Hamburgi a. 1678.* De cætero insignis autor ille deliciarum Gallicarum, *Mercure Galant*, mense Januario anni superioris, præter statum, vitam, & scripta illius autoris similia quoque signa & numismata breviter enumeravit. Neque ab illorum triga submovendus est Vir magni nominis, & multæ antiquitatis, *Jul. Reicheltus*, cuius *Exercitationem de Amuletis, æneis figuris illustratam, Argent. a. 1676.* sæpiculè sum admiratus.

JOH. VAILLANT, Bellovacensis Doct. Med. & Regius Antiquarius, *Numismata Imperatorum Romanorum præstantiora*, à *Jul. Casare ad Postumum & Tyrannos*, & quidem tomum primum de Romanis æreis, seu Senatus consulto percussis; sed secundum tomum de aureis & argenteis, forma ac magnitudine riorum nummorum diligenter annotata, *Paris. a. 1674.* suis sumtibus evulgavit. Jussu autem Illustrissimi COLBERTI (uti ls in præfatione sua de se fatetur) totam Italianam perlustravit, Principum & Ducum Sabaudiæ, Herruriæ, Parmæ, & Mutinæ gazas, tanti Viri nomine attentè observavit; & Romæ iterum biennio moratus est, ubi nova & immensa nummorum congeries ab Ipsò comparata fuit: Quæ ut ex populorum omnium collectis opibus locupletaretur, jussus ab Eodem est in Siciliam proficiisci, Græciam & Afiam minorem per vagari; ubi singulares & nondum conspectos nummos à se collectos

C scribit.

scribit. Quis consideratior illo? quis tectior? quis prudentior? In literis enim familiaribus, quas ad Illustrē Virum, DN. CAROLVM VELSERVM, Historiae & Antiquitatis studio ardentissimum d. 30. Martii, a. 1680. per amaner dedit, inter alia sic fatur: *Goltzius nous à donné quantité de medailles, qui ne se trouvent pas, comme des Jules, dont vous me parlez, comm' aussy d'une infinité de Consulaires & de Grecques, tellement que cet auteur n'est pas seul, il effaces fautif, & auroit besoin de beaucoup de notes, quoi qu'il soit assez bon d'ailleurs.* Quid lateat in thesauris suis, quas nobis coloniarum gazas in tertio illorum Numismatum tomo pollicetur, sine recusatione subjungit: *Il est composé de la description de 3260. medailles, que je toutes veües & 368. villes différentes, divisées en deux parties: dans la première chaque medaille est sous son Empereur, ou Imperatrice, & dans la seconde chaque ville les toutes ses medailles de divers Empereurs.* IDEM Seleucidarum Imperium, sive *Historiam Regum Syriae*, ab Alexandro Magno ad Pompejum usque Magnum, à quo Syria in provinciam redacta est, per annos CCL. labore quidem non exiguo, sed integra tamen serie, ad fidem numismatum accommodatam, absolvit *Lutetiae*, a. 1681. Sub finem præfationis, quam Syria regno præmisit, lecturum certioris spei implet, his usus verbis: *Erit fortasse tempus, cum & Ptolemæorum Historiam, eorum nummis illustratam, edam in lucem.* Nec sanè admiranda Illius eruditio, de futura hac opera, dubitare nos patitur, cum primis, si & in Ægyptiorum nummis notæ numerales expressæ sint; neq; epochis suis (de quibus in singulari libello Conringius ὁρὺ ἐν ἀγορᾷ, olim valde sollicitus erat) illi destituantur.

OL. WORMIVS, D. Medicinæ, & olim in Academia Hafniensi P. P. longè celeberrimus, de nummo mortuis in os dato, item duobus Ludovici Imp. argenteis, prope Lethram effossis, cum cura egit, in *Danicorum Monumentorum libris sex, Hafnia, a. 1643.* Eadémque industria inscriptiones numismatum Hispanicorum, ab Ant. Augustino, Archiepiscopo Taraconense, propositorum, in quibus literæ Runicæ apparent, in lucem produxit, sententiāmque de illis hanc tulit: Gothos scilicet, qui olim Hispaniam incoluere, haec fabricasse; eos enim sua peculiaria habuisse numismata, tam in Hispania quam in Italia ipse Antoninus docet; dum penes se ejus generis fuisset fatetur. Sed summus Ari starchus ille, Spanhemius (qui facit ea omnia more modesto, réisque nummariam ac ingenio, subtilique judicio percenset) omnes id genus

peregrinis aut barbaris literis insculptos, prīcis Hispanicis, hoc est, in Hispania (ubi quotidiē multi adhuc effodiuntur) percussis, viros doctos securus, annumerare videtur. Tandem Wormius numismata de Celsa juvēne Leridensem nummum ex orichalco, alium quoque Afranii cuiusdam descriptis in *Literatura Runica*, *Hafniae, a 1651.*

Habes hīc, MEDICORUM NOBILISSIME, sēpius petitam syllogen Jatrophilologorum, in quorum enumeratione (dum brevis esse volui) nimis diu versatus sum; nec omnes edissertavi: Plures enim adhuc omissos superare autumo, quos sanè Etruscum illud Oraculum (nosti, quem mihi velim) percurrere epistola, uti spes quidem erat, facili negotio posset. Inter hāc perbellē feceris, si MAGNAM GRÆCIAM (hoc est, Calabriam Siciliāmque, unā cum Regno Neapolitano) quam PROSPER PARISIVS, Patricius Romanus, V. J. D. exacte delineatam, & nummis circumpositis, *Romae Kal. Jan. a. 1592.* primitus pervulgavit, meliore forma, & secunda cura, Germanis tuis parili, quo polles, animo, rursus luci credideris: Nihile est omnino, quod Tibi majori gloriæ, aut fructui esse possit, quām omnibus esse fructuissimum; dum omnia ad aliorum utilitatem refers: Tua mens nihil præter publicum commodum videt! Impingat Tibi fortasse aliquis Goltzii nummos (ceu videntur saltim) simillimos? Ne opprobra, Lector eruditus; haud enim te latet, Goltzium ante Parisium numismata sua primū edidisse; qui non solū novos, nec Goltzio unquam vilos addidit; verū & quām plurimos correxit, & diversitatem notanter velut oculatus testis indicavit. Ad explicationem literarum, enodationemque nominum quod attinet, utraque ex *Andr. Schottē* scholiis, (quibus autorum loca, quæ deerant in altera editione, indicantur) & prolixo *Lud. Nonnii* commentario in Magnam Græciam peti prolubitu potest. In auxilium quoque hīc venit *Philippus Paruta*, in *Sicilia* sua, cum nummis descripta, *Panormi, a. 1602.*; & cum *Leonhardi Augustini* additionibus, *Rome, a. 1649.* rursus sub incudem revocata: Exhibita insuper ab eodem Paruta antiqua Panormitanorum numismata *Annalibus suis Panormitanis*, Italicè scriptis, inseruit, explicavitque *Augustinus ille Juueges*, tribus voluminibus, *Panormi, a. 1649.* Hunc postea securus, in Epistola de *Charondæ* effigie, in Catanensi numero expressa, ad Cl. V. Petrum Seguinum, *Raph. Trichetus du Fresne* <sup>P. Seguin</sup> <sup>Sel. Nu-</sup> <sup>mifm. subf.</sup> similem ferè nummum dedisse Parutam scribit, inter Catanenses suos pag. 199.

numero secundum; nisi quod viri effigies querna, ut videtur, corona redimita est. Si conjecturæ locus datur, expressam à Catanensibus in hisce nummis Charondæ effigiem credit. Hic Catanensis fuit, & sua ætate (flovuit autem, ut notat Diodorus Siculus, circa Olympiadem LXXXIII.) sapientia clarus, Pythagoræ olim sectator, philosophiam in vicinis magna Græciæ urbibus docentis. Charondas autem non solum civitati sue leges scripsit, sed & aliis Chalcidicis per Italiam civitatibus; ut legimus

*Lib. II. Post. apud Aristotelem.* Et certè apud Ælianum, præter Catanensem, Rhegium etiam rem publicam ab eo constitutam fuisse legimus;

*Lib. III. Var. His. cap. 17* patria aliquando pulsus apud illos exularet. Rhegium autem, ut Catanum, à Chalcidensibus conditum scribunt Strabo & Heraclides in lib.

de Politis. Thurini etiam, qui Reginensibus finitimi erant, jura dedidit, ut notat Diodorus Siculus; unde Thurii nomen illi attributum

*Lib. VI. c. 5.* apud Valerium Maximum. Probabile igitur est, & verissimum, Catanenses, ut civis sui, de republica optimè meriti, memoriam conservarent, numimos suos illius imagine obsignasse. Magnæ verò Græciæ urbes nosse desiderantibus vel solus sufficiet, scio, Justinus; qui omnes

Graci nominis Italianam possidentes (dicti non Itali, sed Italotiæ, quod essent è Gracia in Italianam adventitiæ; sicuti Siciliotas & Phthiotas à Siculis &

Phthiis dilectim inamus: Hinc appellatum Philosophiae quoddam genus

Italicum, quod autore Pythagora Samio à Gracis in Italia coli cœpisset:

Horum item erant Italicae mensæ, luxu infames, monente Berneccero) adversus quos prima Dionysio militia fuit, hunc in modum enumera-

*Justin. lib. XX. cap. 1.* rat: Denique multæ urbes, inquit, adhuc post tantam vetustatem vestigia Graci moris ostentant; namque Tuscorum populi, qui oram inferi maris possident, à Lydia venerunt, & Venetos, quos incolas superi maris videmus, capta & expugnata Troja, Antenore duce, misit? Adria quoque Illyrico mari proxima, que

& Adriatico mari nomen dedit, Graca urbs est: Arpos Diomedes excisus Ilio, naufragio in ea loca delatus, condidit. Sed & Pisa in Liguriis Gracos antores

habent: & in Tuscis, Tarquinii à Thessalii & Spinambris: Perusini quoque originem ab Achaeis ducunt. Quid Ceren urbem dicam? Quid Latinos populos,

qui ab Ænea conditi videntur? Jam Falisci, Nolani, Abellani, nonne Chalcidensium coloni sunt? Quid tractus omnis Campania? Quid Brutii, Sabinique?

Quid Samnites? Quid Tarentini? quos Lacedamone profectos, Spuriisque

vocatos accepimus? Thurinorum urbem condidisse Philocteten ferunt, ibique

adhuc monumentum ejus visitur: & Herculis sagittæ in Apollinis templo, quæfa-

tum

tum Trojæ fuere. Pergit dein Trogī Pompejī epitomator, de Bruttīis, ad in-  
jurias vicinorum promtis: *Nam multas civitates Græci nominis Italia expule-* Idem lib.  
XXIII, cap. 8  
*rant; auctores quoque suos Lucanos bello vicerant, & pacem cum his, & quis legibus*  
*fecerant. Tanta feritas animorum erat, ut nec origini sua parcerent: Namque*  
*Lucani iisdem legibus liberos suos, quibus & Spartani, instituere soliti erant.*  
*Et post nonnulla eosdem viciniae sua turbatores Bruttios prosequuntur*  
*longius: Primum illis cum Lucanis, originis sua auctoribus, bellum fuit. Quia*  
*victoria erecti, cum pacem & quo jure fecissent, ceteros finitimos armis subegerunt;*  
*tantisque opes brevi consecuti sunt, ut pernicioſ etiam Regibus haberentur. De-*  
*nique Alexander Rex Epiri, cum in auxilium Græcarum civitatum, cum*  
*magnō exercitu, in Italiam venisset, cum omnibus copiis ab his deletus est: Quia*  
*re feritas eorum successu felicitatis incensa, diu terribilis finitimus fuit. Hi sunt*  
*illi Græci, quos est opera pretium cognoscere! Quid autem debeo di-*  
*cere? Tui consilii, Lector doctissime, indiget illustris editor; & abs te*  
*officium tuum, debitum doctrinæ requirit ac flagitat; cui semper in*  
*mentem sunt Petri Seguini (quem nominasse tantum, est causam vi-*  
*cisse) in Epistola ad Franc. Gottifredum, Equitem Romanum, verba:*  
*Ut in antiquis oraculis sapientia duplex sensus, immo & contrarius occurret; ita &*  
*in veterum nummorum inscriptionibus multa visuntur, que multiplicem pati-*  
*untur ut lectionem, ita & explicationem; tum propter vetustatis injuriam, pra-*  
*sertim in æreis, in quibus rubigo novas & fictitias literas videtur inducere, priori-*  
*bus corrasis; tum quod crescente in dies conquirendi studio reperiantur alii simi-*  
*lis quidem fabricæ, sed elegantioris, aut magis integræ, qui novam lucem affe-*  
*runt; tandem quod è terra & visceribus eruantur quotidie alii nusquam visi, qui*  
*conjecturas priores, quibus sèpè nititur numismatologia, ad veriorem & solidio-*  
*rem sensum reducunt. Tandem elegantissimi hujus studii tranquillita-*  
*tem ac modestiam, velut ipsarum Gratiarum enarrator, expromit;*  
*quam complecti oratione mea non possum: De veteribus igitur nummis,*  
*dissertatio, ut dixi, sapientia niti cogitur, & plurima tractare, que in,*  
*utramque partem agitari ancipiti probabilitate possunt; plurima, que hominum,*  
*ingenia exerceant, eaque honestissimis excitant contentionibus, nec irritent; dum,*  
*modo solius veritatis indaganda causa, vel honestæ occupationis & animi levandi,*  
*gratia, in medium adducantur; non livore & animo detrahendi famæ summo-*  
*rum Virorum, qui superioribus temporibus antiquitati studuerunt, & primi in,*  
*hoc aperiendo campo, operam suam utiliter impenderunt. Vnum atque idem,*  
*sentit, judicii exacti valde ac limati Vir ille, Spanhemius: Neque illæ fa-*  
*teor*

teor (inquit) de summis Christianæ fidei capitibus, de justitia aut injustitia, de summo bono aliisq; id genus gravissimis rebus disputationes, e quibus salus hominum ac fortuna pendeant; de iis tamen, quæ ad omnem literarum ac eruditioris ubertatem & elegantiam pertinent, & in quibus, ut proclive à scopo aberrare, ita paratior venia locus, nec internecina odia metuenda continuò veniunt. Quod si verò non infrequentium id genus hominum, qui dum artem aliquam sibi ornandam suscipiunt, hoc unum agunt, ut eam non solùm omnibus aliis anteponant; sed & reliquos omnes veluti vilem turbam in ordinem cogunt, in istos responsionem ingentis illius supràque mortalium naturam Viri derivo: Neg, verò illos moror, ait, qui cum sua tantum circumspiciant, in iis se jacent, quæ se scire aut docere profitentur, alia omnia, quæ ignorant, nulla contentione animi, nulla saltem valde laboriosa animadversione digna arbitrantur. Fruantur sanè illi suis delitiis, suis amoribus; neque nos habebunt repugnantes, aut verò insipientes, valde præclaræ esse & laudabilia, in quibus eorum se exercet industria. Sapient etiam soli, si velint, modo nos sinant insanire cum Viris hujus aut superioris memoria longè clarissimis & gravissimis; neque nostra nobis otia, nostra oblectamenta ad unum nutum suum & arbitrium prescribere aut recoquere cogitent.

Ad ultimum, quos parvo contentos tenuis victus cultusque delectat, æqui bonique facient, & probabunt hoc triticum Magnæ Græciæ; quæ tam opima est & fertilis, ut facilè omnibus terris antecellat: Sed quia vereor, ne non scribendo illos expleam; contentiores magis opinor, erunt, si ad Regum ac Principum gazas remittam: Novus enim nobis oritur autor Lutetiæ, & maximi nominis; filius nimirum Celeberrimi CARCAVII, qui XVI. annorum (Vir dicam, an Juvenis?) exponet Rei nummariae immensos Regis Christianissimi thesauros: copiam tandem aliquando videbimus, neque satis attamen comprehendemus vel ipsius CARCAVII magnitudinem, vel rerum præclarissimarum ingentem molem. Inde, veluti plenus & mixtus Deo vates futura præcerpsit, & ventura respondit Spanhemius: *Alta insuper, inquit, ex mirabili gaza illa REGIA PARISIENSI, in quam, ut in vastum mare, alia minores aquæ quotidiè influunt, brevi itidem, ut speramus, habitus es, Lector, felicibus corum curis, in quos incumbit hodiè ejus custodia; qui nempe Regis longè maximi fortunatissime gloriam iis etiam monumentis ad decus nostrorum temporum sibi propagandam putant.* Et habebunt ista quidem, Regiis utpote auspiciis ac impensis, summis autem & perennibus studiis Viri, ut alia

*alia mittam decora, fidei ac industria p̄nē incredibilis, quo non usū magis ac præstantia, quām splendore ac venustate singulari, oculorum tuorum simul ac animi voluptati admirabiliter serviant. THESAVRVM denique PALATINVM, sive Gemmarum & Numismatum, quæ in Electorali Cimeliorum asservantur, omnium ære expressam, & ex rationis historiarumque fontibus illustratam seriem, demonstrabit Vir magni quidem nominis, majoris tamen eruditionis L. Begerus, Serenissimi Electoris Palatini Antiquarius & Bibliothecarius. Vota nos vovemus, ut ea res populo Eruditorum, sociisque ac nomini Latino & Græco benè ac feliciter eveniat! Interim meama, Vir Optime, ut soles; & patere, ut Epistola hæc longior sit; argumentum enim varium & amplum objectum erat, ut intra duodecim versiculos (quam legem illiterata literatorum turba dicitat) consistere haud potuerit. Ageſilans, ait Erasmus, haud quaquam probum cerdonem ſibi videri dicebat, qui parvo pedi magnum iudueret calceum; at quanto moleſtior, qui magnum arctiore calceo stringit, torquētque? Reclē Fabius ſcribit, absurdum fore, si quis Herculis personam & cothurnos infantis tribuat; verum multò videbitur absurdius, si infantis fasciolas calceolasque Herculi coneris accommodare. Neque paulò gravius est tum flagitium, tum etiam periculum, in re copiosa contrahi, quām in re non ampla copioſorem fieri: Propterea quod supervacua fortaffe cum tædio leguntur; certè necessaria non niſi magno utriusque diſpendio pratereuntur. Capeigitur, Vir Summe, hoc observantiae monumentum, & vale.*

*Norimbergæ, è museo,  
a. d. XIV. Febr. A.C.  
c Iō Iōc LXXXIII.*

the same, and the same is true of the other two. The first is the most important, because it is the one which has been most fully developed by the author. It is also the one which is most likely to be of interest to the general reader. The second is the one which is most likely to be of interest to the specialist. The third is the one which is most likely to be of interest to the student. The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.

The author has done a good job in this regard, and I would like to thank him for his efforts.



MAXIMIS  
**PHILIPPI**  
 REGI ET PRINCIPI  
 HISP. &c.  
 PATRI ET FILIO.



*Uod ego (at quantulus homo) Magnam  
 Graciam Regi, & Principi, (at quibus He-  
 roibus) tradam, mirum fortasse alicui vi-  
 deatur. Desinent profecto hi mirari, cum  
 intelligent, me ære alieno esse iis obstridum,  
 quippe, qui, tot oneribus pro Majestatibus  
 Vestris obitis, tantum vobis debeam, quan-  
 tum nullo unquam modo posse me persolve-  
 re, vel si vitam ipsam profunderem, facile cuivis pateat. Cum  
 igitur, per me, solvendo non sim, cogitavi, an possem de Vestro  
 vobis satisfacere, & alieno ære liberari. Aliena igitur que  
 sunt, id est non mea, sed vestra, Vobis do: in alienis verò nume-  
 ro ea, in quibus, Deo dante, aliquid partis me habere ob natale*

D

solum

solum contigit. Consentinus, sum Magnam Græciam exadē delineavi. Imaginem ejus offero Regi, & Regi ex omnium memoria maximo. Sit hoc antiquæ servitutis tanquam monumentum & recordatio quædam, ne mihi ipsi, homo plus in benè agendo, quam in benè narrando, occupatus, omnino defuisse videar. Majestates Vestre senem me esse sciant, quietis cupidum, & eum qui, per totam etatem, quanta quanta est, in publicis earum negotiis, qualiacunq;, & quantacunq; mihi injuncta fuerunt, non prorsus inutilis minister aliquando fuerim, & verò nunc etiam, quantum per vires licet, esse cupiam. Deus Opt. Max. Felicem Patrem in Filio, & Filium in Patre esse velit. Romæ Kal. Jan. c Iɔ Iɔ XCII.

## Majestatibus Vestris

*Devotissimus*



PROSPER PARISIUS, Patritius Romanus,

V. J. Doctor.

Candido

Q



## Candido Lectori

**A**LABRIA, extrema Italæ Regio, ejusdem Italæ frons est. Antiquissimi ejus termini Reginum olim & Tarentum, Brundusium deinde usque protensa est: nunc verò PHILIPPI Gloriosissimi Hispaniarum REGIS, ejusque prædecessorum ditione & auspiciis in angustiores fines conclusa geminum interjacet mare, superum, quod idem Adriaticum, & inferum, quod Tyrrhenum quoque nuncupatur. A meridie Siculo freto, à septentrione Lucanis populis cingitur, quos Talaus & Syris fluvii distinguit. Oenotrii veteres atque Ausones illam pridem incoluerunt, cumq;que his aliæ nationes. Dicta est nominibus variis, Morgetia, Salentina, Japygia, Hesperia, Peucetia, denique Magna Græcia, ob multas magnasque in eam deductas Græcorum colonias, frequentesq;ue comminationes & commercia eorundem Græcorum. Regio ipsa opima prorsus & fertilis, plana partim, partim montuosa, ubiq; tamen amœna, totaque proceris arboribus consita, salubritate aëris conspicua, fluminibus irrigata, scatens gelidis fontibus, varietate fructuum copiosa, felix agrorum ubertate & magnitudine passionis, quæ greges innumeros, armenta varia nutrit & fovet, multitudine rerum omnium, quæ sunt humano vietiui necessariae, naturæ beneficio ditata; frumentaria, fera vini, olei, manæ, malorum punicorum, croci, serici, picis, fossili sale abundans, cui nec aurifodinae cæterorumque metallorum lacunæ defunt,

D 2

long

desunt, nec quicquam omnino, quod vel cogitatione optari possit, ut & meritò rei nomen congruat: siquidem ideo CALABRIA dicta, quod *καλὸν* Græcè bonum, *βρύω*, emano & scaturio significat; nempe illic vitæ omnia bona abundè sunt. Neque verò terra ipsa tantùm fœcunda est ac copiosa, sed multò magis incolarum virtute & ingenii & gloriæ floret, semperque floruit. Quorum etsi plerique in hâc tabella inserti sint, omnes tamen ac propè innumerabiles tam exiguî loci angustiæ capere non potuerunt. Fuit enim hæc Regio Sanctissimorum Vironum parens, inter quos plurimi Pontifices & Martyres, fuit & doctissimorum Philosophorum alumna, Illustrium Jurisperitorum sedula nutrix, militarium animorum ac fortissimorum Ducum educatrix, patria denique in quovis genere præstantis artis insignium atque Excellentissimorum Virorum. Nec miratur quisquam, si inter cæteros hinc progenitos à nobis vendicatus est Octavius Augustus, cum eum Tranquillus Thurinum dictum asserat, è Thurio, Calabriæ vico oriundum. Nec mirum etiam sit repetitum Niphum, qui in primâ impressione suæ Perihermenias in epistolâ nuncupatoriâ se Calabrum dicit, & profitetur. Illa quoque per insignis est ejus Provinciae dignitas, quod ab antiquissimis temporibus & etiam nunc eo privilegio gaudet, ut Ducatus dicatur, qui quidem filio natu maximo Regis Neapolitani in titulum conferri solebat. Est autem spatiū Regionis Calabriæ, seu magnæ Græciæ in circuitu, m. 720. continet sedes Archiepiscopales quatuor; Episcopales undeviginti, Abbatias quadraginta, oppida Regia quindecim, Principes sex, Duces quatuor, Marchiones quatuordecim, Comites undecim, Regulos, quos Barones vocant, novem & quinquaginta. Si verò civitates simul, & oppida & Castella & pagi numerentur, pervenient ad numerum quingentorum & quadraginta

ginta septem. Lipara una ex Aëoliis Insulis Calabriæ adjacet, illiusque jurisdictioni subditur.

Extat in U R B E statua, qua Julius Agritus à Consentinis donatus est his cum exēsis ac dimidiatis partibus versiculorum.

### Julii Arciani V.C. & in L. in base statuæ.

*Julio Agrito Tarrutenio Marciano V.C. & in L.  
Nobilitate, Justitiâ, Clementiâ conspicuo,  
& à primo ætatis flore probato. Quæst. Can-  
didato pro-Consuli Siciliæ, pro-Consul. Orient.  
Legato amplissimi ordinis tert. Urbi Judici  
sacrarum cognitio. Iterno ab egregia ejus in  
Sena. Quod illis summus in cuius loc. per  
annos triginta sententia vetustate prælu-  
cet, eiq; ea honesta seu justa Consen. No-  
bilissimus ordo Consen. statuam merita  
eius perpetuâ ætate primus agens cum suis.*

### In foro Rhegino.

*T. Tarefenus, T. F. Sabinus triumvir ad  
Pot. II. Testamento legavit municipibus  
Rheginis Jul. in pritaniaco statuam au-  
ream Mercurii, trullam argenteam ana-  
glyptam HS: lares argenteos septem  
P. II. S. pelvim æream Corinthiam. Item  
in templo Apollinis majoris pugillares mem-  
braceos operculis eboreis Pyxidem eboream  
Tabulas pictas X I I I I. Hæredes ejus  
ponenda curaverunt.*

Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ ΡΗΓΙΝΩΝ ΝΙΚΑΝ  
ΑΡΟΝ ΝΙΚΗΣ ΤΟΙΣ ΘΕΟΙΣ.

*Magnificentissimum phanum Hipponi stratum  
& Proserpinæ dicatum, quamplurimis colu-  
mnis suffultum, hac cum inscriptione marmo-  
reo in Saxo quod in æde Episcopali Miletii  
ad præsens conservatur.*

*L. uid. vir ɔL. Q. Cincius C. Aul. IIII. viri  
D. Signum Proserpinæ reficiendum statu-  
endumq., araxq. reficiendas ex S. C. cura-  
runt HS DCCLXX. m. ... fuere Helvia  
Q. F. Orbia, M. filia*

In Urbe Strongoli marmoreo in Saxo literis incisis  
testamentum hâc formulâ legitur.

### Kaput ex testamento.

*Hoc amplius Rei P. Petelinorum dari volo HS X N.  
Item Vineam Cædicianam cum parte in fun-  
di Pompejani, ita uti optima maximaq. sunt,  
finibus suis, que mea fuerunt, volo autem ex  
usuris semissibus HS X N comparari Augu-  
stalium loci N. ad instrumentum tricliniorum  
duum, quod eis me Vibo tradidi candelabra & lu-  
cernas bilychnes arbitrio Augustalium quo  
facilius stratinibus publicis obire possint, quod  
ipsum ad utilitatem Rei P. N. pertinere existi-  
mavi facilius subituris onus Augustalitatis. Dum  
hoc commodum ante oculos habent, ceterum*

autem

autem temporum usura semisse **H.S.X.N.**  
 ad instrumentum Augustalium arbitrio ipsorum  
 esse volo, quò facilius munus meum perpetuum  
 conservare possint, neque in alios usus  
 usuras, quas ita à Re P. acceperint trans-  
 ferri volo, quam si necesse fuerit, in pa-  
 stinationem, vineam quoque cum parte fundi  
 Pompejani, sicut suprà dixi. Hoc amplius Au-  
 gustalibus loci N. dari volo, quam vineam vo-  
 bis Augustales icirco dari volo, quæ est aminea,  
 ut si cogitationi meæ, quâ prospexit me uti-  
 litatibus vestris credo consenseritis, vinum  
 usibus vestris dumtaxat, quum publicè epu-  
 las exercebitis, habere possitis. Hoc autem  
 nomine relevati impensis facilius profili-  
 turi, hi qui ad munus Augustalitatis com-  
 pellantur: locatio vineæ partis Pompejanæ  
 vineam colere poterint, hæc ita ut cævi fieri  
 præstariq; volo. Hoc amplius ab hæredibus  
 meis volo præstari Rei P. Petelinorum & à  
 Re P. Petelinorum corporum Augustalium,  
 ea prædis cæteris meis palum ridica omni-  
 bus annis sufficiens pedaturæ vineæ

*Quam Augustalibus legavi.*

*A Vobis autem Augustales peto hanc volun-  
 tam meam ratam habeatis, & ut perpetua  
 forma observetis, curæ vestræ mandetis,  
 quò facilius autem nota sit corpori ve-*

*stro*

*stro hec erga vos voluntatem totum lo-  
ci Kaput quod ad vestrum honorem  
pertinet*

**M.** MEGONIO **M.** F.  
COR. LEONI.  
ÆD. IIII. VIR. LEG. COR.  
QVÆST. PEC. P. **D**  
PATRONO MUNICIPI  
AUGUSTALIS PATRONO  
OB MERITA EJUS  
L.D.D.D.

## SANCTI E CALABRIA MARTYRES, ET QUI SANCTE VIXERUNT.

<i>Da Paula.</i>	B. Rogerius Diaconus.
Sanctus Franciscus Confessor.	B. Theolosphorus Heremita.
<i>Da San - Marco.</i>	B. Nicolaus Vir S. Vitæ.
